



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Bernardo abbate ordinis cisterciensis. Cap[itulum]. lxxxiiij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

Liber

reuerteretur in ramatha: sed et ibi iudicabat
isrl. **¶** **L**ū autē senuisset Samuel: posuit filios
suos iudices iobcl et abiam: alterū in bethleē:
alterum in bethsabe: vt ibi populum iudicaret.
Qui declinauerūt post auariciā et peruerterūt
iudicia. Quod non ferens populus petijt a sa-
muele regem. Qui diuina reuelatione Saulē
tribū beniamin sibi a domino missus vngit in re-
gem super israhel: et ipse samuel iudex est factus:
qui presuerunt simul in populo quadraginta an-
nis: vt iosephus scribit. **¶** Processu hō tempo-
ris mandauit samuel saulī regi iubēre domino:
vt deleteret amalech: et nec hominī pceret: nec in-
mentis. Qui cōtra pceptum dñi: postq̄ ama-
lechitas expugnasset: pepercit agag regi ama-
lech: et optimis armentorum: ppter quod a do-
mino reprobatus est: et regnum eius ad dauid
translatum est ore samuelis prophete domino
ei mandante: licet propheta dei pro saule domi-
num plurimū exorasset. Sicq̄ post aliquot mē-
ses samuel propheta iussu diuino inuixit dauid
filium Isai de bethleem in regem futurum su-
per israhel adhuc viuente saule. Et extunc cepit
regnum Saulis declinare: dauid autem in om-
nibus prosperari: sicut dictum est supra in ge-
stis dauid regis quarto kalē. Januarij. **¶** Post
q̄ autem Samuel populum dei laudabiliter iu-
dicasset mortuus est. Et fletit eum vniuersus
israhel singuli tanq̄ propriū patrem lugentes:
et sepelierunt eum in sepulchro paterno in ra-
matha. Qui dormiuit in domino decimoretto
kalē. septembrijs. **¶** Huius ossa sacratissima:
Archadius imperator de iudea trāstulit in thra-
ciam portantibus episcopis: ac occurrentibus
populis tanta letitia: vt quasi presentem viuē-
temq̄ cernerent atq̄ susceperent: vt de palestī-
nā vsq̄ calcedonem iungerentur populorum
agmina in christi laudes vna voce personantia:
vt scribit hieronymus libro contra vigiliarium.
Hec est p̄io libro regū a. iij. cap. vsq̄ ad. xvi. et
alijs voluminibus quibus supra.

¶ De sancto Samuele presby-
tero. Cap. lxxxiij.



Samuel p̄-
byter ecclie edes-
sene claruit tem-
pore anastasi p̄-
mi imperatoris. Qui sancta
vita sublimis et doctrine: sa-
pientia clarus: multa aduer-
sus ecclie inimicos intētio-
ne tamen precipua contra ne-
storianos et timotheanos syro-

sermone conscripsit: quem apud constantinopo-
līm adhuc tempore suo in carne viuere: et scri-
pta eius se testatur agnoscere illustris gemma
dius: qui et apud ipsam ciuitatem in xpo quie-
uit in pace: ibidemq̄ tumulatus.

Septimus

¶ De sancto Bernardo abbate or-
dinis cisterciensis. Cap. lxxxiij.



Bernardus

d' abbas cla-
reualensis: et
doctor clarus
et tpe Eugenij
pape ter-

tiij et federici imperatoris p̄-
mi: qui ex prouincia burgun-
die castro fontanis patre mis-
lite telecino matre alethi reli-

giosa dña ortus est: que sex mares filios genuit
et monachos futuros: feminā vnā scimonialē:
quos vt ediderat dño offerebat: et ipsos pueros
cibus grossiorib⁹ q̄n heremo q̄ magis curie nu-
trēbat. Lū autē tertiu scz bernardū gestaret: in
vtero vidit per somnū catellū candidū et la-
trantem in vtero se habere. Quod cum cuidam
viro dei exposuisset. Ille voce pphetica respō-
dit: q̄ optimū catulū pareret: qui domus dei cu-
stos futurus esset: eo q̄ predicator fieret egre-
gius: et contra inimicos daret latratus: ac mul-
tos medicinalis lingue gratia esset curaturus.
Lū autē bernardus adhuc puer in natiuitatis
dñice nocte officiu expectaret: auidi⁹ scire qua
hora xps natus esset: media nocte eidem appa-
ruit puerulus iesus: quasi denuo ex vtero ma-
tris nar⁹. Unde extūc illā fuisse horā dñice na-
tiuitatis cognouit. Ex illa q̄ hora in his: que p-
tinent ad illud sacramentū: sensus ei pfundior
et sermo opulenti⁹ dar⁹ est. Ad p̄z in illo in-
opulenti⁹ suoz: qd edidit: cū homeliā illā sup-
euangelio dñi dicitur est gabriel. cōposuit. Verū
antiquus hostis eius castitatis inuidēs: multos
ei laqueos tentationis opposuit. Lū semel in
quādā feminā diu oculos defixos habuisset: de
se cōtinuo erubuit: ac in stagnū gelidarū aquarū
insiluit: ibiq̄ tā diu māsit: donec a carnali
cōcupiscētia tot⁹ refriguit. **¶** Alia nocte puella
qdā se nudā in lecto ipsi⁹ posuit: quā ille senti-
tiēs p̄lectulū ei pcessit: donec illa ipm cernēs
immobilē erubescēs inde recessit. **¶** Alias etiā
hospitat⁹ in domo vnius marrone: cū illa in ei⁹
pulchritudinē exarcessit: nocte silēter ad lectū
ei⁹ accessit. Illoq̄ clamāte latrones mulier se
abscondit. Surgētēs hō famuli latronē q̄rūt: s̄z
nō inueniūt. Lūq̄ hoc idē vsq̄ tertio factū eēt:
mulier tandē desperata recessit. Dū hō mane a
socijs quereret: quō totvicib⁹ latrones clama-
set. Respōdit q̄ vere latro ei insidiat⁹ fuerat:
qz hospita thesaurū suę virginitatis irrecupera-
bilē auferre voluerat. Et extūc cisterciensū ordi-
nem ingredi deliberauit. Qd cū fratres ei⁹ oī-
mode phiberent: tantā ei dñs gratiā contulit:
vt nō solum nō phiberet: sed omnes fratres su-
os: et alios plures ad religionem domino lucrā-
retur. Fratris autē suo gerardo s̄ba ei⁹ vana repu-

De sanctis in mēse augusti occurrētibus Folio, cxcvii.

tanti predicti: q̄ lancea latus eius perforaret: et tunc punctus verbis eius cōsensum preberet. Post paucos dies gerardus ab inimicis capitur: et lancea in laterē vulneratus carcerat. Ad quē Bernardus veniens eundē confortavit: promittens q̄ cito liberaretur: et monasterium ingrederetur. Eadē nocte cōpedes gerardi de pedibus eius ceciderūt: et ostio per se ap̄to ipse euasit: indicavitq̄ fratri se mutasse. p̄positū et velle fieri monachū. Anno scilicet dñi. M. cxi. a cōstructione ordinis cisterciensis. xv. seruo dei Bernardus annorum. xx. cum fratribus et alijs socijs. xxx. ordinē cisterciensem ingressus est. Qui mox totus ita in spiritus absorptus est: vt iam nullis corporeis sensibus vreretur. Quem abbas cisterciensis ad edificandū domū clare uallensem post modicū missit: vbi multo tēpore in nimia paupertate vitā duxit. vigilijs autem et orationibus intentus continue carnem mira penitentia flagellabat: et maxima ieiuniorū inedia domabat. In vestibus autē et alijs cunctis semper paupertatem amabat. Quicquid s̄o in scripturis didicit: in agris et siluis cōstrebatur accepisse: et nullum se magistrum aliquando habuisse. Oranti quoq̄ sibi confessus est et p̄ositionē orationis dominice sibi scriptam apparuisse. Humilitatem autem et patientiam vltra modum in cunctis ostendit. Cum trecentas marchas argenti sibi pro cenobio construendo missas predones abstulissent: patienter tulit: deumq̄ benedixit: qui sibi a tanto onere pepercit. Quidam canonicus regularis ad eum venit: et vt in monachū reciperetur rogavit: cūq̄ ille non acquiesceret: sed ad suam ecclesiam redire suaderet: aduertens q̄ canonicus et leuitate ordinem mutare velleret: canonicus ad cōuitia multa prorupit: ac demum ip̄m in maxilla percussit. Eūq̄ astantes in sacrilegū insurgerent: ille ne eum tangerent per xpm adiuravit: et sine ulla vltione patienter dimisit. Pater eius qui solus in domo remanserat: ad monasterium iuit: et ibidē post aliquod tps in senectute bona decessit. Soror s̄o eius in seculo nupta cū multo comitatu et pompa ad monasterium accessit. Sed ad eam vir dei exte recusavit. Eū autē lacrymas instaret et consilium aie sue saluande peteret ad eam exte: et mundi et gloriā interdixit. Que habitū et vitā mutans in seculo quasi in heremo deinceps deo seruiuit: et tandē multis precibus a viro licentia habita monasterium intravit. Tanta autē abstinentia et vigilijs corp̄ attriuit: vt fere continua grauissima infirmitate langueret. A clustribus sanuesi. et mediolanens. in episcopū electus. p̄sentire renuit: dicens se non esse suum: sed aliorū seruitio deputatū. Cum quodā tempore fratres cartusenses vistrasset: loci prior contra ip̄m aliquāculum murmurauit: q̄ cella cui equitando p̄sidebat nimium curiosus esset. Quod cum vir

de audisset miratus q̄rebat qualis sella foret. Nam illuc vsq̄ a claraualle venerat et q̄līs esset sella non perpēderat. Iuxta lacū etiā lausanensem vnus itinere pergēs ip̄m non vidit: et cū sero socij de ipso lacu loquerent: vbi esset lacus ille interrogauit. Predicāti sibi aliqui inanis glorie tēratio irrepserat: q̄ optime p̄p̄o predicaret. Qui mox i dño cōforat: tēratio respōdit q̄ nec per ip̄sum inceperat: nec per ip̄m dimittere intēdebat. Frater robertus eius monachus et s̄m seculū p̄pinquus: quorūdam suasionē ad monasterium cluniaci se cōtulerat: quem vir dei statuit per epistolā reuocare. Cum autē eam scriproxi sub diuo dicitaret: supueniente subito ymbre scriptor: surgere voluit. Bernardus s̄o vt p̄cederet in scribendo suavit: quia opus dei erat: quod ip̄i faciebant. Sicq̄ scripsit epistolā in medio ymbre sine ymbre. Cum enim circa eos vndiq̄ plueret: inde modestiam ymbres virtus expulit charitatis. Monasterium quoddam multitudo infinita muscarū occupauerat: que monachos grauitē infestabat. Quas vir dei excommunicauit: et mane oēs musce mortue sunt reperte. Cum a mediolanensibus ecclesie reconciliandis a papa missus papiam redisset. Quidam vxorem suā demoniacā ad eum adduxit. Eūq̄ malignus spiritus per multa verba bernardū irriteret: et eū eo vir dei prolixius sputasset: tandē oratione sua immūdū spiritus ex illa muliere exire coegit. Sed cum inde sanctus vir recessisset: diabolus eam iterū inuasit. Quod cum sanctus per virū eius post se curretem audisset nomē iesu christi in cedula scripsit et collo mulieris alligari iudauit. Et sic totaliter a spiritu illo maligno liberata est. Apud aquitanā mulier alta ab incubo quodā per sex annos petulante lasciuia vexata fuerat. Que ad virū dei accessit: et q̄ passa fuerat cū lacrymis enarrauit. Eū bernardus baculum suū tradidit: et vt in lectulo suo ip̄m poneret mandauit. Demō autē extric ad cubile nō audebat accedere: sed acerrime cōminabatur: q̄ eo recedere se de ipsa atrocius vindicaret. Quod cum sancto retulisset: ille populus conuocauit: et candelis accensis omnia publice enarrauit: ac demonem illum excoicauit. Sicq̄ mulier ab ei' illusionē penitus liberata est. Eū in eadem puincia legatione fungeret: vt ducē agrante ecclesie recōstitueret: et ille recusaret: vir dei ad altare celebraturus accessit: duce p̄e foribus expectate. Cum autē pax dñi dixisset corpus xpi sup patesnam posuit: et ad ducem exiuit: eidēq̄ per filia virginis terribiles minas intulit: et virtionē diuinā addidit: nisi ad ecclesie obedientia veniret. Quē dux ignea facie et flāmeis oculis conspiciens: territus corā eo procidit et veniam postulauit: et quicquid sanctus p̄cipere voluit: mox adimpleuit. Oditit quēdam nobilem monachum suum effectū grauis tēratio excludi ordi

nem pulsavit. Ita vt expresse diceret se nunquam futurum. Quod sanctus audiens pro eo oravit: et tentatio mox discessit. Ita vt postmodum diceret se nunquam tristitia habiturum. **C**um sanctus malachias episcopus hibernie in suo monasterio migrasset: et bernardus pro eo missam pro defunctis inchoasset gloriā eius intra canonem domino sibi reuelante cognouit: et post comuntonis collectam pro confessore pontifice commutavit. Cui dum cantor innueret quod errabat: ait se non errare: sed scire quid diceret. Deinde accedens sacro corpori pedes oscularus est. **V**isitarus a quibusdam tyronibus in quadragesima rogabat eos: vt saltem illis diebus a suis se vanitatibus cohiberent. Quibus recusantibus vinum benedictum ei in potulum tradidit: et mox illorum vitam in melius commutavit. **C**andem morti appropinquas fratribus suis: charitatem: humilitatem: et patientiam iure testamenti reliquit. Deinde postquam multa miracula perperrasset: et centum et sexaginta monasteria construxisset: anno domini millesimo centesimo et sexagesimo tertio etatis sue anno sexagesimo tertio inter filiorum manus obdormiuit in domino decimotertio kalendas septembris. Sepultusque est in monasterio clarauallesi. multis et mirabilibus miraculis refulgens. **H**ic doctor sanctus multos libros et tractatus edidit. Scripsit librum vnum de contemptu mundi ad clericos. Item exhortatorium de passione et resurrectione domini librum vnum. De gratia et libero arbitrio librum vnum. De gradibus humilitatis et superbie librum vnum. Ad abbatem columbensem de precepto et dispensatione librum vnum. Ad cisterciensem. et cluniacensem. apologeticum librum vnum. Ad hugonem de sancto victore librum vnum. Super psalmum. Qui habitat. homelias. xvij. Super cantica canticorum homelias septuaginta tres. Super Magnificat. tractatum vnum. Epistolae ad diversos. cepl. Sermones suo innumerales. Item ad eugenium papam tertium de consideratione libros quinque. Ad milites romulii de laude militie noue librum vnum. Et alia opuscula multa et elegantia compilauit.

De sancto Philiberto abbate. Cap. lxxxv.



Philiber t' abbas apud Rothomagum claruit tempore clodo- uci regis francorum. Qui adhuc iuuentis a dagoberto rege francorum in palatio suo aduocatus: cum esset annorum viginti elegit christi fieri discipulus: et in robateni monasterio sub agilo abbate monachus factus est: vbi

operibus penitentie vacans: multa diaboli tentamina pertulit: quas oēs christo adiutus superauit. **S**uccessitque agilo in abbatie regimine: domusque sibi credita strenue gubernanda et miraculis coruscando. Dum autem quidam eius frater in uo- uo inuidie ex cenobio abiecissent: vnus eorum scrufulminis interit: alius in secessum oia interiora deposuit. Reliqui timore percussi penitentiam agentes: ipsaque reuocates eidem humiliter obediunt. **P**ostmodum autem a rege clodoueo et bathylde regina francoꝝ in pago rothomagensi locum appellatum gemericum obrinuit: vbi egregium monasterium construxit. **M**onachum quendam quem ad regem causa cenobii mitere dispo- bar febre derentium imperas febrim sanauit et misit. **E**xistente eo Parisius latro christobecas eius furatus est. **D**ane autem se ardere ciulans et loqui non valens: finis cum furto abscodito pare fecit. **C**um nocte quadam in basilica sancti petri oraret: visi sunt oculi eius quasi due lapides fulgentes. **M**onacho qui languens ad extrema venerat: et loqui non valebat: peccatumque vnum in confessione sceler omiserat: oratione sua loquam restituit: illeque peccatum confessus: mox exspirauit. **C**um fratres messim succiderent: et manipuli per agros saceret: rempestat subita ingruentem a messe sedauit: et continuo serenitatem adduxit. **I**n villa quoque pinento hospitalitatus a muliere quadam paupe in domo suscepta: vas vini quod habebat bndicta: et multis inde potantibus cunctisque sarris ipso abesire plenum repertum est. **Q**ui euit in pace vir dñi. xij. kal. septembris. **S**epultus in monasterio suo predicto.

De sanctis Christophoro et Leonigildo martyribus. Cap. lxxxvi.



Christophorus et Leo nigildus martyres apud ciuitate hispanie corduba passi sunt: quod tempore persecutionis ab infidelibus comprehensi cum christum confessi essent: gladio cedente martyrium consummauerunt: quorum corpora post abscisionem capsum igni tradita sunt. **Q**ui passi sunt. xij. kal. septembris: vt Ado tradit in secundu martylogio ex dictis hieronymi sumpro.

De sanctis martyribus Leontio et Carpophoro. Cap. lxxxvii.



Leontio et Carpophorus martyres in ciuitate aquileia passi sunt tempore diocletiani et maximiani imperatorum sub lysia preside. **Q**ui cum essent arte medici: infirmos quoscumque ab omni languore sanabant non tam naturam medicaminibus